~~interim~~ tioni, et ut Pontificia sanctitas se tali concilio subiiciat, ut vere generale liberum
et non partiale concilium dici possit, et in quo sedes Romana sedes pars est, neque
presidere, neque decernere debeat, et eos qui sue sanctitati iuramento coniuncti
et addicti sunt quo ad concilium, et omnes concilii actus et tractationes dato
sacramento absolvat, et liberos dicat, et praesertim ut articuli in Tridentino Concilio
subrepticii, et emendicata suffragia conclusi resumantur, et de integro iudicentur,
ut et supra praedictum est, et sub his conditionibus velle oratores Saxonicos, et nomine suo
sui Ill[ustrissi]mi Principis Electoris Saxonici in futurum Tridenti concilio consentire
et tali consensioni omnes qualitates et modos modo repetitos, et a sua ipsius
excellentia ante hac in hoc argumento facta declarationi renovatam velle. [illegible]
quoque dicti oratores sibi persuasissimum Cae. Ma. animum tam christianissimi
et potentissimi Imperatoris non alium esse quam qui tale generale, christianum, et
non partiale concilium promotum, et celebratum velit. Gratiosissimum quoque eum
in animo habere ad huiusmodi concilium legari pios pacificos, et sacrae Scripturae peri-
tos viros, ac omnia quae iuxta sacrorum bibliorum, et Apostolorum scripta directa fuerint
obstruant, et efficere ut a suis subditis, et omnibus aliis quantum poterit observen-
tur, et exequantur, et ipsi oratores omnia praememorata pro voluntate principis sui
manifestanda iuxta sue excellentie mandatum non potuisse omittere amanter, et
suppliciter rogantes, ut omnium eorum memoriam habere, et in cancellaria Imperii anno-
tare velint, voluerunt quoque scriptum Moguntino Cancellario tradere, in quo hec om-
nia fusius et copiosius explicata fuere, verum Electoribus, et principibus visum
est huiusmodi scriptum nullo modo acceptari sed ipsis oratoribus reddere.